

# De Expositione Fasciculi Straminei

Non  
Aussprechung des Strohwirfels.

## §. 1. Remedia abbreviandi lites. n.

luberrima sane esse quibus malitia hominum coer-  
cetur, et cuius sine ambagibus Processus Jus suum tri-  
buitur, neminem, nisi qui vel iniustitiae libat, vel cere-  
brum in calcaneo gerit, inficias iturum confido. Qua-  
propter quovis tempore laudem meruerunt illi, qui in-  
veniendis ac proponendis eiusmodi mediis oleum o-  
peramque impenderunt. Participes illius laudis quoque  
sunt facti Auctores Aulutorum Pedanensium, qui inter  
alia pinguisimum media compellendi morosum debi-  
torem ut Creditori satisfaciat, introduxerunt. Concesse-  
runt enim Creditori, cui in re immobili constituta hypo-  
theca Expositionem Fasciculi Straminei, quo sine ma-  
gis Processus sumptibus exiguo temporis spatio suum  
consequi, omnibusque proprus litibus et rixis carere  
possit.

§. 2. De Expositione itaque Fasciculi Straminei  
acturus, Doctrinam de Hypotheca praeferre, et utile  
et